

**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,  
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In  
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quām extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de  
Romæ, MDCCXVIII**

Casus X. Argumentum. Patronus donato Jure præsentandi dumtaxat, an censeatur illud donasse cumulativè, vel privativè, & an donatio Juris præsentandi ab eo facta prò una vice tantum ad Beneficium ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](#)

- Primo quando fuit per Patronum individuè, & specificè ei renunciatum, secus si solùm fuisset renunciatum generaliter, *Gabriel. conclus. 2. lib. 3. num. 63.*, *Rota. decis. 597. num. 6. par. 3. rec.*, & *decis. 255. num. 10. coram Otthobon.*, & *dec. 379. n. 6.*
- 12 eoram Ubaldo. Secundò quando donatio Jurispatronatus fuit facta Ecclesiæ, aut piæ Causæ, *Gabriell. dicta conclus. 2. nu. 61. Card. de Luc. de donat. disc. 22. n. 7.* & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii in Albanen. *Donationis 2. Ju- nii 1663. lib. Dec. 23. pag. 504.*
- 13 Tertiò quando Patronus cogitando specialiter de filiis, adhuc verisimiliter donaturus fuisset Juspatronatus, ut esset e. g. si ipse post donationem suscepisset liberos, & suæ servixisset, & donationem non revocat. *et Handed. conf. 43. num. 16. lib. 1. Card. de Luc. dicto disc. 22. num. 8.*, *Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 61. nu. 13. Rot. dec. 471. num. 16. coram Bich.*
- 14 Quartò non habet locum quando superveniunt solùm filii adoptivi, seu non revocatur donatio per supervenientiam filii adoptivi Patroni donantis, *Roch. de Curt. de Jurepatr. verb. ipse vel is. n. 79.*, *Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. qu. 2. art. 9. num. 8.*, *Gabriell. conclus. 2. num. 77. lib. 3.*

#### ARGUMENTUM.

Patronus donato Jure præsentandi dumtaxat, an censeatur illud donasse cumulativè, vel privativè; Et an donatio Juris præsentandi ab eo facta pro una vice tantum ad Beneficium vacaturum sustineatur?

#### S U M M A R I U M.

1. Cessante causa, cessare etiam debet effectus.
2. Mutare consilium in præjudicium alterius quis non potest.
3. Patronus donans Juspatronatus, non potest amplius præsentare. Donans vero dumtaxat jus præsentandi potest concurrere cum Donatario ad præsentandum accumulativè, & quare. Vide num. 4. Limitata ut num. 6. usque ad 11.
5. Per donationem juris præsentandi non cessa in Patrono causa accumulativè præsentandi.

- 12 Patronus si donet alicui jus præsentandi pro una vice tantum ad Beneficium vacaturum, an hæc donatio sustineatur? Vide ibi, & num. 14.
- 13 Donatio juris præsentandi pro una vice nihil aliud est, quam simplex mandatum procurare ad præsentandum.

#### C A S U S X.

P Atronus de consensu Ordinarii donavit Titio præsenti, & acceptanti jus præsentandi, & succedente vacatione Beneficii præsentavit ad illud Cajum, cui præsentatione se opposuit Titius Donatarius prætendens ad se solùm spectare vigor donationis jus præsentandi. Quæritur proinde, an Patronus potuerit in hoc casu præsentare?

Pro quo, more solito procedendo per contraria, quo modo magis splendescit veritas, respondendum videtur negativè. Etenim Patronus eo ipso, quod donavit jus præsentandi alteri, à se illud abdicavit, & eo se spoliavit, unde vacatio Beneficium, ad illud amplius præsentare non potest, sed præsentatio totaliter spectare debet ad Donatarium, ut dixi superius *Cas. IV. num. 1.* alias in ipso Patrone Donante cessaret causa præsentandi, nimurum jus præsentandi, & non cessaret effectus, videlicet præsentatio, contra illud principium, quod cessante causa, cessare etiam debeat effectus. *l. adige re §. quamvis ff. de jurepatr. Text. in cap. cùm cessante de appellat. ibique Gloss. Abb. num. 2. Gonzal. num. 1. Barbos. axiom. 40. num. 4. Card. de Luc. de Benef. disc. 87. n. 2.*

2 Ac etiam alias idem Patronus diceretur recedere à sua deliberatione, & mutare consilium in præjudicium Donatarii juris præsentandi, contra regulam, quam habemus in cap. *Mutare de regul. jur. in 6.*

3 At hoc non obstante, censeo in casu præsenti Patronum Donantem potuisse præsentare Rectorem Beneficii vacantis unà cum Donatario juris præsentandi, & hunc vigore dictæ donationis intentionem in jure fundatam non habere præsentandi privativè, & excludendi Donantem à præsentatione; Quoniam distinguendum est inter donationem Jurepatronatus, & donationem solius juris præsentandi; quamvis donato legitimè Jurepatronatus, Patronus non possit amplius

plius præsentare, tamen donato dumtaxat jure præsentandi, & sibi retento Jurepatronatus, idem Patronus Donans potest concurrere cum Donatario ad præsentationem, dum præsumitur donasse accumulativè, non autem privativè; tum quia si privativè donare voluisse, sibi non retinuisset Juspatronatus; tum quia, ubi fieri potest, semper actus interpretari debet, nè inducat totalem, & abdicativam renunciationem proprii juris: Eodem modo, quo Papa concedendo facultatem Ordinariis conferendi Beneficia, intelligitur eam contulisse accumulativè, & non privativè; adeo ut non obstante hac concessione potest Papa concurrere unà cum Ordinariis ad Beneficiorum collationem; & Princeps concedendo alicui jurisdictionem censetur cumulativè concessisse, & non privativè, ut docet expressè Decius cons. 542. per tot. quem sequuntur Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 2. proem. num. 32. & 38. Capon. discept. 12. num. 11. & seqq. Gratian. discept. 270. n. 15. Piton. discept. Eccles. 4. num. 65. & seq. Rot. decisi. 385. num. 8. par. 1. divers. & in Cracovien. Parochialis 9. Februarii 1705. coram R.P.D. Caffarello §. Quidquid ibi-- Patronus enim donans jus præsentandi intelligitur donasse cumulativè, & non privativè, & in Dertbonen. Beneficii S. Catbarinae 20. Aprilis 1708. coram R.P.D. Polignac §. Nec movit ibi-- Quoniam animadversum fuit deducta per Decim in supradictis consiliis, & per Rotam &c. rectè quidem procedere, cum ex verbis, & mente Donantis appareat cessum, seu donatum simplex jus præsentandi, at verò rem aliter se habere, quoties (prout in hypothesi) cessum, & donatum legitur universum Juspatronatus cum clausulis translatis possessionis, & dominii, isto enim casu abdicatur omne jus à Cedente, seu Donante, illudque liberè transfertur in Cessionario, seu Donatarium-- & dixi superius Par. I. Can. V. Caf. IV. num. 2.

<sup>4</sup> Ratio autem est, quia Patronus retento sibi Jurepatronatus per donationem simplicis juris præsentandi non abdicavit à se jus accumulativè variandi ei competens ratione Jurispatronatus juxta supradictos Canones IX. X. & XI., & alias auctoritates ibi relatas Caf. I. num. 14. Unde non obstante dicta donatione poterit validè aliud variando accumulativè præ-

sentare, seu accumulativè concurrere cum Donatario ad præsentationem.

<sup>5</sup> Ex qua ratione patet responsio ad ea, quæ in contrarium objiciebantur; per hanc enim donationem non cessavit in Patrono causa accumulativè præsentandi, cùm non cessaverit in ipso Juspatronatus, quod est causa universalis multorum effectuum, & jurium, quorum unum est jus accumulativè præsentandi; unde si accumulativè præsentaret cum Donatario juris præsentandi non verificaretur, quod in ipso cessante causa non cessaret effectus, nec diceretur recedere à sua deliberatione, & mutare consilium; quia ipsius deliberatio, & consilium fuit dare eidem Donatario jus præsentandi, non verò jus accumulativè variandi.

<sup>6</sup> Supradicta autem conclusio, quod Patronus non obstante donatione juris præsentandi possit accumulativè præsentare, procedit in Patrono laico, seu in donatione juris præsentandi laicalis, secus in donatione juris præsentandi Ecclesiastici, seu in Patrono Ecclesiastico; iste enim facta donatione juris præsentandi, non potest accumulativè præsentare, & concurrere cum Donatario ad præsentandum, cùm ipse sit interdicta variatio accumulativa, & non competit jus accumulativè præsentandi, juxta supra dicta in Can. IX. X. & XI. in Comment. num. 1. & in Caf. II. ibi.

<sup>7</sup> Procedit etiam nisi aliter constet de mente Patroni Laici donantis; quippe si ex circumstantiis, conjecturis, aut verbis donationis appareat Patronum voluisse à se abdicare totum Juspatronatus, ipse, aut eius hæredes non possent amplius præsentare; Diceretur autem Patronus per donationem juris præsentandi à se abdicasse totum Juspatronatus, si juxta communem loquendi usum loci, in quo ipse reperitur, jus præsentandi idem sonaret ac Juspatronatus. Rot. in Bituntinga Juspatronatus 31. Januarii 1716. §. Et profectò coram R.P.D. Foscari inferiùs impress. Caf. XI. Si Patronus donans promiserit habere donationem ratam, & nunquam ei contravenire-- nè in tutto, nè in parte-- ex his enim verbis ipse præsumetur sibi abstulisse jus variandi, & cumulativè præsentandi, juxta Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 2. q. 7. art. 16. sub num. 2.

num. 2. & num. 3. & 4. & lib. 2. par. 1. q. 4.  
 9 art. 6. num. 3. in fin. si in donatione dixi-  
 set se omnino, totaliter, penitus transferre  
 omne jus in Donatarium, seu nullo jure re-  
 tentio. Fagnan. in cap. cum dilectus de Reli-  
 gios. domib. nu. 37. Piton. discept. Eccles. 4.  
 10 num. 66. in fin. Si in donatione juris præ-  
 sentandi sibi reservasset solum jus ali-  
 mentorum, aut aliquem particularem  
 fructum Jurispatronatus, tunc reserva-  
 ria, & exceptio in isto fructu argueret  
 omnimodam concessionem juris præsen-  
 tandi etiam privati. Text. in cap. qualis  
 vers. quod enim de uno negatur 25. disf. Fa-  
 gnan. ubi supra num. 38. Denique si post  
 11 donationem Patronus, aut ejus heredes  
 nunquam præsentassent, nec aliud jus ho-  
 norificum exercuisserint; secus si solum in  
 vacatione Beneficii immediatè sequata  
 post donationem juris præsentandi, Pa-  
 tronus nullatenus præsentasset. Ex hac  
 enim sola omissione præsentationis ac-  
 cumulativa in dicta prima vacatione deduci  
 non posset Patronum à se abdicass-  
 totum Juspatronatus, & in futuris vaca-  
 tionibus non posse amplius accumulativè  
 præsentare, quia negligens in uno actu,  
 non facit sibi præjudicium in sequenti,  
 nisi expresse appareat Donatarium præ-  
 sentando in dicta vacatione habuisse ani-  
 mum privandi Patronum donantem jure  
 cumulativè præsentandi, & ei præjudi-  
 candi, sciente, & paciente eodem Do-  
 nante. Ruin. conf. 50. num. 9. tom. 5. Fede-  
 ric. de Sen. conf. 147. num. 1. ibi -- sed con-  
 trarium credo verius, nam licet aliquis, qui  
 habet simul cum aliis eligere semel non ele-  
 gerit, non sequitur, quod propter hoc ami-  
 serit jus, vel possessionem juris eligendi.  
 12 Quæro hic si Patronus donet alicui jus  
 præsentandi pro una vice tantum ad Be-  
 neficium vacaturum, an hæc donatio su-  
 stineatur?

Decius conf. 541. num. 1. tom. 2. absolu-  
 tè tuerit hanc donationem non sustineri,  
 nec valere, quia inducit votum captandæ  
 mortis, ad Text. in cap. nè captandæ, & in  
 cap. detestanda de concess. preben. in 6. Sed  
 13 quia hujusmodi donatio juris præsentan-  
 di pro una vice nihil aliud est, quam sim-  
 plex mandatum procuræ ad præsentandum.  
 Lamberlin. de jurepat. lib. 2. par. 1.  
 q. 8. art. 11. num. 2. Rot. decis. 537. num. 7.  
 & decis. 583. num. 9. coram Emerix jun.

proinde censeo sententiam Decii absolu-  
 tè, & indistinctè non esse veram; sed pro-  
 14cedendum esse cum ea distinctione, quam  
 in terminis mandati procuræ ad præsen-  
 tandum superius Par. I. Can. V. Cas. I. n. 1.  
 & seqq. insinuavi; Aut enim Donator ju-  
 ris præsentandi pro una vice tantum ad  
 Beneficium vacaturum est directa ad cer-  
 tam personam, & tunc non sustinetur, &  
 est nulla propter votum captandæ mortis,  
 aut est directa generaliter ad præsentan-  
 dum in genere in casu vacationis, & tunc  
 est valida, quia nullum inducit votum ca-  
 ptandæ mortis, juxta Card. de Luc. de ju-  
 repat. disc. 64. num. 34. Marescot. var. re-  
 sol. lib. 2. cap. 33. num. 1. & seqq. Adden. ad  
 Gregor. decis. 420. num. 9. & Adden. ad Bu-  
 ratt. decis. 21. num. 29. Rot. coram Emerix  
 jun. decis. 298. num. 11.

#### ARGUMENTUM.

Donatarius Jurispatronatus an possit præ-  
 sentare Donatorem?

#### S U M M A R I U M .

- 1 Patronus non potest præsentare seipsum.
- 2 Donatarius Jurispatronatus potest præsen-  
tare Donatorem si Juspatronatus sit ei do-  
natum in perpetuum; quid autem si ei es-  
set donatum pro una vice tantum? Vide  
ibi, & num. 4. usque ad 6.
- 3 Præsentatus à Donatario Jurispatronatus  
est inserviendus,
- 7 Donato jure præsentandi non censetur do-  
natum totum Juspatronatus. Limita, ut  
ibi.
- 8 Donatio Jurispatronatus, ut dicatur per-  
petua, quid sufficiat?
- 9 Animus fraudandi Legem super futura-  
præsentatione Patroni Donanti in dona-  
tione Jurispatronatus, ex quibus cessare  
dicatur; & num. seqq.

#### C A S U S XI.

D Onavit Patronus donatione irrevoca-  
 bili inter vivos de consensu Ordinarii  
 cuidam Juspatronatus, qui in prima pro-  
 xima vacatione beneficii præsentavit ip-  
 sum Patronum. Quæritur an hujusmodi  
 præsentatio sustineatur?

2 Et videtur non sustineri, quia sicuti  
 Patronus non potest præsentare se ipsum  
 juxta Text. in cap. per nostras, de quo in-  
 fra Can. XXIX., ita nec Donatarius Juris-  
 pa-